



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectae

**Sandini, Antonio**

**Bambergae, 1753**

CLXXIII. Gregorius VIII. Anno Christi 1187. Federici 33. Isaaci Angeli 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](#)

CLXXIII.

# GREGORIUS VIII.

ANNO CHRISTI 1187.

FEDERICI 33. ISAACI ANGELI 3.

**G**REGORIUS VIII. antea ~~A~~  
**B**ertus filius Sartorii de Mon,  
 Beneventanus, postridie obitus U-  
 bani III. Ferrariæ fit Pontifex. Eum  
 maximè intentum habuit cura Urbis  
 Hierosolymorum Barbaris eripi-  
 dæ. Quare Christianos omnes stu-  
 duit per litteras incendere desidero  
 expeditionis sacræ: propitiandoque  
 Divino Numini jejunium indixit in  
 annos quinque, ut Christiani omnes  
 feriâ sextâ jejunarent ad modum Qua-  
 dragesimæ, feriâ vero quartâ & Sab-  
 bato carnibus abstinerent, idque ipse  
 & Cardinales cum famulis suis facerent.  
 etiam feriâ secundâ. Qui non exequa-  
 retur mandata, ejusdem culpæ reus  
 esset, ac si Quadragesimæ jejunium  
 violasset. Post hæc Ferrariâ Pisasse  
 contulit, ut pace inter Pisanos & Ge-  
 nuenses compositâ utrosque tempe-  
 state illâ pollentes opibus maritimis  
 hortaretur ad classem contra Saladi-

**Bar. an.****1187. S.****12. 13.****17.****Pag. §. 14.****15. 16.**

num Regem Saracenorum instruendam. Ibi morbo intempestivè oppressus est XVI. Kal. Januar. cùm non ultra dies septem & quinquaginta ges- sisset Pontificatum.

## CLXXIV.

## CLEMENS III.

ANNO CHRISTI 1187.

FEDÉRICI 33. ISAACI ANGELI 3.

CLEMENS III. eodem anno 1187.

CXIV. Kal. Januar. summo Sacerdotio Pisis præficitur. *Paulinus Scholaris Cardinalis Episcopus Prænestinus* antea appellabatur. Hic demum tenuit, ut rebelles Romani ad obse- quium Ecclesiæ redirent, finémque imposuit seditioni ab Arnaldistis ex- citatæ, quæ Pontifices omnes post Innocentium II. abesse Urbe, quasi que exulare coegerat. Pace compo- sitâ in conditiones, quas ex Roge- rio Hovedeno recitat Baronius, Ro- mam cum Cardinalibus ingressus est lætitia omnium ingenti. (1) Exiit è vita anno 1191. IV. Kal. April. post annos ac menses tres, & dies decem, quam Pontifex creatus erat.

Bar. an.  
1188. §. 1.  
22. 23.  
Pag. §. 1.2

Bar. an.  
1191. §. 1.  
Pag. §. 1.4

XX 3

AN-